



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

III. Quantum Melanchthoni Lutherus tribuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

ret, ac valde metuere, ne aduersarijs cristas tollentibus, olane tandē dissiparentur. Quoties cum Catholicis ei sermo erat, nihil aliud spectare se, nihil aliud optare aiebat, quā vt emendatis abusus, & cōciliatis opinionibus, (a) Ecclesia in pristinā concordia & integritate rediret. Cochleus tamē v. 11. Philippica dicit, eum specie quidem aquā, sed reue a interim oleū incendio infudisse Fronti quippe nulla fides, & ioane est virtutis nomen & ostentatio sine re. Hic ille est, qui rogatu quorundam Germaniæ Principū, qui vt Struuius scribit, Lutherum ab eamā abstinere volebant, Augustinā Confessionē conscripsit. (b) q̄ Protestantes in Saxonia, vt Laleus & Ohander aiunt, ipsi libris Canonici præferunt Id vero opus, ECCLESIA CORPVS postea fuit appellatum. Iisdem testantur, Melanchthonis vocem apud Confessionistas plus valere quā Dei Verbum; vt qui in verba eius, Confessionem scilicet, iurare, ac Christum negare cogantur (c) Hunc librum Philippus sua manu scriptum imperatori in comitijs Augustanis exhibuit, vt libro III. dicitur: quæ tamen verba di. Zuinglij magis Confessionē quam iam quæ ipsius nomen præfert, amplexa est. Hic Quinti Evangelij auctori, quem honorē Lutherani Lutherō suo præreptum ægre ferentes, Melanchthonē scribam tantū, plamau em doctrinā Pontificali quadam prærogatiua, a Lutherō dictā a se esse aiunt. Qui vt e sua auctoritate & decreto omnia pendere ostendit, manu sua verba illa, DAMNAMVS SECVS DOCVNTES, Confessionī subiunxit, quæ tamen postea ab illis ipsis qui singula eius verba pro oraculis habent, fuere exuncta. (d) In multis enim diu. um horum apostolorum & sequacium doctrina discrepat: sic vt ipsi Lutherani dicant, tantum interesse inter Lutheri & Melanchthonis doctrinam, quantum inter calidissimam æstam & glaciālem hyemem: eamq; ob causam Faccius Illyricus Melanchthonem publico scripto tamquā Lutheri apostatam & desertorem traducit. Ad huius Confessionis defensionem inter Protestantes in Germania ista, postea fuerunt federa, vt III. libro explicabitur (e).

III. Non obstante vero opinionum diuersitate, Lutherus Melanchthonem omnibus in toto Mundo hominibus præferbat, illud in ore frequenter habens: *Contempribilis est anima, qua contemnis Philippum* Huic vni secreta sua reuelabat: hunc a Deo missum dicebat, vt labores ipsius in propa-

gando Christi regno adiuuaret. Librum eius *Loes Communes* inscriptum, assiduo legebat atque relegebat (f) hoc addito elogio, eo vno caelestem doctrinam ad sæculi vsq; consummationem conseruari posse. Immo testantur Heidelbergenses, Lutherum optare solitum, (g) vt ceteris omnibus libris abolitis, solus hic superstes maneret. Sed quid Lutherum dicturum fuisse putamus, si pleraque ea quæ à Melanchthone Anno M D XXX. scripta & edita sunt, postea Anno M D LV. penitus mutata vidisset? si eundem Commentarios in S. Pauli epistolas, quos Lutherus ad cælum vique efferebat, & quorum comparatione Hieronymi & Originis scripta mera deliramenta esse aiebat, suos esse negantem audiuisset? Sed vt Lutherus Philippum honorabat, ita Philippus Lutherum reuerabatur ac tantum non adorabat, Patrem cum suum appellans, & vix vniquam à latere eius discedens. Cum eodem, antequam Monialem lecti sociam adsciuisset, magnam noctis partem transigebat, iam de hoc iam de illo disputans articulo ac tamquam nouæ Fidei lineamenta designans (h). Patrem vero (si Lutherani credimus) merito Lutherum vocabat, vt qui vnā cum Micronio grauissimè ægrotans & in vltima vitæ linea hærens, precibus Lutheri in vitam reuocatus fuisse a Lutherō ipso gloriōsè iactatur. Tam artæ amicitie respectus Melanchthoni oblititit quominus viuo eo sententiam suam de Cœna Domini aperte profere auderet (i) Et hanc feruitutē ipsum deplorasse, Calvinista quidam auctor est, Lutheri, nemini cedere, nec à quoquam reprehendi sustinentis, contumaciam ac furorē vehementer detestans P. Gelius tamen Melanchthoni per familiaris nequam ita timidum fuisse asserit; nec tamen Lutherum quamuis diuersum ab eo de Cœna Domini sentiret, propterea amicitie vinculum rumpere, aut contentionem cum eo suscipere voluisse. (k) Quemadmodum vero Lutherus Melanchthonis hac in re libertatē ferebat, sic Melanchthon rationes

§ 2 omnes

a Camer. in Vita Mel. & VVitteb. b Cythraus & Greg. Calesi. in histor. Confess. Aug. c Sur. hist. com. fol. 442. an. 48. Calesi. fol. 92. 94. som. 4. de Aug. coufess. d Schlüsselb lib. 2. Theol. Calu. Saph. de Luth. concor. Colloq. Altemb. fol. 463. e Sur. loc. citat. f Vlenb. caus. 7. cap. 7. fol. 180. g Vide Peuc. & adm. Christ. de lib. Concor. fol. 205. Schlüsselb. lib. 2. Theol. Calu.

omnes suas ita instigabat, ne magistri auctoritatem labefaceret. Et sane valde metuebant hæretici, ne si duo hi restituendæ ac reformandæ (sic enim loquuntur) Ecclesiæ principes inter se digladiarentur, tandem illa dissiparetur, Calvinus (a) Melanchthonem magnum Ecclesiarum in Germania ornamentum; Petrus Martyr (b) virum incomparabilem appellat, ac Luthero etiam præfert, utpote omni scientiarum genere excelsum. Morlinus vero tanta charitate præditum fuisse scribit, ut si possibile fuisset, totum Mundum humeris suis portare voluerit.

IV. Sed qualis qualis Melanchthon fuerit, in Pyrrhonis certe schola educatus videtur. Adeo continua dubitatio animo ejus insidebat, unice id metuentis, ut ipse dicebat, ne erraret. In scriptis ejus vix quidquam certi apparet. Atque hanc ob causam Lutherani in Synodo quadam (c) Melanchthonis tergiversationem inquirunt multis de fundamentis veritatis dubitandi occasionem dedisse, atque alios quo minus Augustanæ Confessionis nomina sua dederint, avertisse: eoque à Papistis Doctoris hujus inconstantiâ Evangelicis non sine causa obijci, quum is scripta sua toties mutârit. Quotiescumque à disputatione aliqua cum Catholicis habita redijisset, vultu tristitiam & animo consternationem quandam ostendebat. Dicere sæpe solebat, *Vecordes sibi admodum videri qui opiniones suas sine ullo antiquo Ecclesiæ testimonio proponere auderent*: eoque plures ille Catholicæ Ecclesiæ ritus atque alia retinebat. Quemadmodum enim bestię cicuræ ad innatam ferociam non ita facile redeunt; ita hæc antiquæ pietatis Catholicæ, quam cum lacte suserat, tam cito non potuit oblivisci, (d) ut in primis è consilio ipsius quod Francisco I. Gallorum Regi dedit, apparet. Omnes ejus cogitationes, curæ & studia in componendis religionum diffidiis consumebantur, adeo ut Lutherum quoque secreto carperet, tamquam ipsa Ecclesiæ fundamenta emouentem, ac præcipuè Papam nimio operè oppugnantem, quem ipse pro omnium Christianorum capite & Dei Vicario agnoscere non abnuebat. (e) Ajunt Heidelbergenfes, in familiari sermone aliquando Lutherum à Philippo monitum ut remissius aliquando ageret, neve causam vehementia sua deteriorem faceret; eoque consultum sibi videri ut leni aliquo & placido scripto sententiam suam tetteret; illum respondisse: *iam quidem hac eadem de re se cogitasse; at si discerneret, vereri ne doctrina sua plerisque suspecta redda-*

tur. Eoque hanc se causam Deo commendare, ac rogare ut se mortuo, aliquid in eam rem ipse tenter (f) Hæc ultima fuerunt utriusque inter se verba, ut infra quando Lutheri mortem expositurus sum, dicam. Lutheri verba Alexander Aleffus Scotus Calvinista, sed in Germania ipsa educatus, Germanicâ linguâ citat, addens, ijs ad Ecclesiam Brementensem per Echaridum Alingen delatis, missum ad Philippum Joannem Schlongabium, veritatis exquisitæ causâ. Tum Philippum. *Non se hoc posse negare, respondisse: & scripto quoque libenter publicaturû, si sine Ecclesiæ scantalo & turbatione fieri posset. Id tamè testamento suo inseriturû, promississe, ac sine dubio facturum fuisse, nisi morte esset præventus.* Alij rem aliter narrant, (g) nimirum quum aliquando sententiam suam, de Cœna Domini Melanchthon apertius, quam hæcenus consueverat, protulisset, Lutherumque rogasset, ut ea in re scripta sua aliquantum moderaretur, is vero valde excaudisset, Philippum abeundi VVitebergâ consilium cepisse, idque Caspari Crucigero aperuisse. Id quum Lutherus rescivisset, ad Philippum his verbis usum. *Controversia illa, Philippe, de Cœna Domini, mea est, quam hæcenus defendi & posthac defendam vel sinete. Tu, si ira vivabitur, in contraria sententia persevera. Mihi quidem tuo auxilio & opera nihil ad hoc opus est.* An & quid Melanchthon ad hoc responderit, nec Peucerus nec quisquam alius mentionem facit. Id constat, inter eos convenisse, ut posthac ab ea disceptatione abstinerent. Lutherus enim disensionem hanc, ac de reali corporis Christi in Cœna præsentia dubitationem innotescere nolebat (h) Hinc idem in epistola quadam Anno MD XLIV. sic scribit *Si quem forte dicentem audias, Philippum & Lutherum Sacramentarium in sania ad stipulatos esse, ne tu hoc credas. Sed hæc de re plura vide inferius.*

Idem Melanchthon in omnibus suis scriptis ante annum MD XLVII. editis, Zuinglij & aliorum Sacramentarium doctrinam detestatur,

nul-
a In 3. adm. ad VVestph. b Cont. Cardin. de Eucharistia. c Colloq. Altemb. f. 103; 20. & Schlusself. libro 4. App. Th. Calv. & VVigand. ibidem pag. 287. Melan. de Cœn. Dom. cont. Anab. d Vide epist. lib. à Peuc. editum. e Mel. in epist. ad Carolusium. Schlusself. lib. 4. fol. 288. f Colloq. Maulbrun. & Peucer. nar. histor. pag. 4. & contra Nic. Selnecc. g Peuc. pag. 26. h Crellius Tract. de re Sacramentaria.